

appellant: & vtuntur ad fracta crura
 cōsolidāda, intra corpus per aliquot
 dies exhibitō, & ad dentium nitorem
 conciliandum: vt Laurentius Hiel do
 ctissimus medicinæ in Ienenſi Acade
 miæ professor ad me scripsit, ac simul
 misit lapidem: qui mihi mali Cotonei
 ferè odorē repræsentare visus est. Lin
 guæ leuissimè adherent frustula eius.
 minimum enim glutinosi, idq̃ probè
 exiccatum habet. cauernulis etiā mo
 dicè spongiosus est, ideoq̃ leuior. E
 iusdem planè facultatis & substantiæ, Lac lunæ.
 Lac lunæ etiam dictum à nostris vide
 tur: & ipsum interdum satis boni odo
 ris. figuram nescio. plura autem de eo
 scripsi suprā Capite 2. Nuper verò p. 49
 lapides quosdam ossibus vstis perfī
 miles, sed solidos & paruis foramini
 bus in superficie plenos, Petrus Col
 debergus pharmacopœus Antuerpia Osteitæ
fœtidi.
 ad me misit: in sarcinis nucum musca
 tarum repertos: vnum rectum ferè, al
 terum curuum in medio prominente